illos paras noscere qui crimen facere nō nouē,
runt: et est iniustum filios innocentes sede,
ciæ sceleribus sacrificari. Si igitur pergit
adhuc fortuna debacchari, rumpantur Coeli
Sydera, et omne Elementorum pondus, rapidisque
incendiis summa miseriarum fulmina devol,
vantur cervicem magnam petitis? et magnā
offero, quod si cervix tota parva ē totum
Sedeciam vestris furoribus subdo, quid vultis
amplius sunt innocentes filii: nunc vero ad te
ô Imperator convertar, si te preces nostræ
nil flectunt, at flectat dedecus imperii tui:
si enim me occidis nihil peccasti, ea est victo,
rum con-suetudo, ideoque non execranda, sed si
liberas: quis unquam hanc Tigridum rabiem
æquo animo ferre poterit? crede mihi, quam,
vis sim hostis, sanguis iste quem fundes usque
terrarum, te immanem, barbarum, sceleratum, atro,
cem omnibus denique feris longè crudeliorem cla,
mabit: quid enim? putasne vigilem illum Dei
ter Opt: Max: oculum tantum scelus impunè
spectaturum? hoc si credis impium esse Deum